

983.

1288. d. 15 Dec.

Upsala.

Utvalde Ärke-Biskopen MAGNI Förklaring att Biskop Brynolf i Skara, i händelse af brott mot uppgifna punkter (jfr. N:o 980) är genom sjelfva gerningen satt i bann.

A. 2.

In nomine dominj amen Anno eiusdem. M°.CC°.LXXX°.VIII Decimo .VIII. kal. ianuarij, Coram nobis MAGNO dei gracia vpsalensi ecclesie electo consecrato, Apud vpsaliam comparerunt Discreti viri Magister Nicholaus Canonicus scarensis & dominus benedictus presbiter eiusdem dyocesis, procuratores & nunciij speciales Reuerendi patris Dominj .B. dei gracia Episcopi scarensis, habentes auctoritatem & plenum mandatum prefatum episcopum dominum suum subdendj seu supponendj sentencie excommunicationis per nos ferende, quam extunc incurret, si articulos jnfrascriptos vel aliquos seu aliquem illorum quj placitatj sunt inter dominum nostrum Magnum sweorum gothorumque Regem illustrem, & dominum episcopum sepedictum, non seruauerit illibatos, prout per eiusdem domini episcopi patentes litteras patere potest omnibus euidenter. Videlicet quod nunquam erit contra ipsum dominum nostrum Regem seu contra inclitos liberos suos nocuus consilijs, auxilijs, publicis vel occultis, sed ipsum dominum nostrum Regem & inclitos liberos ipsius iuuabit & eis astabit quantum poterit saluo jure ecclesie sue in omnibus licitis & honestis. Jtem quod neque fratres suos neque quoslibet alios, quos nunc inimicos domini nostri Regis esse vel scire poterit in futurum in suj preiudicium aut regni detrimentum fouebit publice vel occulte. Neque procurabit seu procurare faciet jnfra regnum vel extra aliquid quod secundum conscienciam suam preiudicium prestare poterit regno seu regie maiestatj. & si veraciter scire potuerit aliquid a personis fidedignis quod ipsi domino nostro Regi seu liberis suis illustribus obesse poterit, hoc ei aut aduocatis suis prout vtilitati Regni secundum conscienciam suam expedire crediderit intimare curabit. Nos igitur auctoritate que nobis ex dicta suppositione competit eundem Reuerendum patrem dominum Brýniolphum episcopum scarensis in hijs scriptis excommunicamus, quam sentenciam ipso facto incurret, si premissos articulos non seruauerit vel aliquem premissorum. Actum anno, die et loco supradictis.

Intet sigill finnes under brefvet, ehuru det synes vara Original. Flera öfverstrykningar finnas äfven deri.

984.

1288 d. 27 Dec.

Säckstad.

Biskopen BRYNOLFS i Skara intyg att Kaniken Nils Algots son kommit i besittning af Bergsätra genom byte mot Biskopens gårdar Hedaryd och Warnhem.

A. 6. r. 39.

Omnibus presentes litteras inspecturis .B. dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam. Cum post lapsum primi parentis, ho-